



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Exetasis Testimoniorvm, Qvae Martinus Bucerus ex  
Sanctis Patribus, non sanctè edidit**

**Gardiner, Stephen**

**Lovanii, 1554**

Gregorius Venantio Cancellario Italiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29410**

quāto magis Leuitis aut Sacerdotibus, quos die nos  
etūque pro plebe sibi commissa oportet orare.

*Gregorius Venantio Cancellario Italie.*

**A**NANIAS pecunias Deo vouerat, quas pōst diabolica victus persuasione subtraxit. Sed qua morte multat' est, scis. Si ergo ille mortis periculo dign' fuit, qui eos quos dederat nūmos, Deo abstulit, cōsidera quāto periculo in diuino Iudicio dignus eris, qui nō nūmos, sed temetipſū Deo oīpotēti, cui te sub monachali habitu Deo voueras, subtraxisti. Cōsidera iudiciū Dei quod mereatur, qui semetipſum Deo vout, cōtinuōq; mūdi desideriis irretitus, mētitus est quod vout. *Idem Gregorius de pasto. cura: parte 3. Cap. 28.*

**A**DMONEDI sunt cēlibes, ne sine dānationis iudicio misceri se sc̄eminis vacātib' putēt. Cūm enī Paulus fornicationis vitiū tot criminibus execrandis inseruit, cuius sit reatus, indicauit dicēs: Neq; fornicatores, neq; seruiētēs idolis neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorū concubitores, neq; fures, neque auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neque rapaces, regnū Dei possidebunt. Et rursum, fornicatores autē & adulteros iudicabit Deus. Admonendi sunt itaq;, vt si tentationū procellas cū difficultate salutis tolerāt, cōiugii portū petāt: scriptū nanq; est, Melius est nubere quam vri: sine culpa quippe ad coniugium veniunt, si tamen necdum meliora vouerunt. Nam quisquis bonum maius subire proposuit, bonū minus quod licuit, illicitum fecit: scriptum quippe est,

**L ii nemo**

Quantū tribuat ore Bus  
cerus Gre  
gorio , elo  
gio preclarè  
testatus est:  
quantulum  
verò ipsa re  
det , vita &  
doctrina fe  
cit manife  
stum.